



felicius et melius viueremus, Christum ergo vt hominem tantum coleret, diuinitatem vero Saluatoris tam innocentem tamque solidam et perinde fructuosam relinqueret? Non fore quemdam, qui statueret, ne Socinianos quidem, est credibile. Sic enim luculentissimis atque ab ipsis placitis illorum repetitis argumentandi rationibus diuinam Christi naturam in hacce dissertatione corroborauit, vt, qui, Socinianos, porro suae et impiae sententiae, crederet, inhaesuros, ille, eos, censere deberet, aut in armatum hostem impetum facturos esse, aut tam crudeles in sanguinem suum fore, nihil vt de utilitatibus, nihil vt de commodis suis cogitaret. At id ne ferae quidem faciunt, vt ita ruant, itaque turbent, vt suos motus et impetus suasque denique cogitationes, quo pertineant, non intelligant. Dissertui.

Quod gratia Iesu Christi eueniebat. Cui sit tamquam vero atque aeterno Deo, laus quoque atque gloria aeterna.



Coll. diss. A 230, misc. 6